


*b. f. 115, 12. 13* (x2020887)  
DISSERTATIUNCULA,



GERAR PALÆSTINÆ  
GERA OSTERLANDÆ  
BREVITER COMPARANTUR,  
ET UNA  
PLURIMUM- VENERABILE ET  
AMPLISSIMORUM  
**DNN. INSPECTORVM**  
COLLEGIUM,  
DOCTIQVE GERANORUM OMNES,  
M. JOHANNE SEBASTIANO  
Mitternachten/ ILLUSTRIS RUTHENEI  
RECTORE,

*ut*  
**ANDRÆ BUTNERI GERANI,**  
JENAM ABITURIENTIS,  
VALEDICTORIAM, PATRIÆ  
LAUDIBUS DICATAM, ET  
CRASTINA LUCE BIBLIOTHECA  
SUB SECUNDAM POMERIDIANAM IANA  
PUBLICE RECITANDAM,  
BENEVOLI, FREQUENTES ET FA  
VENTES AUDIANT,  
OFFICIOSE ET AMANTER ROGANTUR ET  
INVITANTUR.



---

GERÆ,  
LITTERIS HÆRED. AND. MAMITZII,  
ANNO CIRC 1588.

2

# CONFESSORIUM ET TESTIMONIUM

(a)

Declam. 369.

**C**ERTUM EST, OMNIA LICERE PRO PATRIA.  
Ita Quintilianus (a) inquit: Coryphaeus ille Oratorum & Criticorum omnium *κορυφαῖς τε οὐρανῶν*. Docetque, pro tueri patriae salute, dignitateve ejus adserendâ illa quoque censeri licita, quae extra hunc casum per leges alias, quas positivas vulgo vocant, non licent facile. Nequaquam vero putandum est, temerè istud accitra rationum momenta adseruisse auctorem gravissimum. Eodem n. vinculo obstricti patriae sumus, quo parentibus. Unde quo in hos amore rapimur, eodem prorsus ferri in illam debemus. Et velut parentum amantibus ea licent, quae improbat in aliis solent: consimilem in modum singularis ille in patriam amor multa excusat pariter & extra culpae rationem ponit, quae caeteroquin culpâ carere non videntur. Secus facere, ac Magistratus jussit, bono civi non licet. Sed maxime laudatur humilis illa in plebe, & ideo ignorabilis puerpera, quae, matre supplicii causâ inclusâ carceri, cum imperasset aditum, licet semper excusa a janitore, ne quid inferret cibi, deprehensa tamen est uberibus suis matrem alens. Quid Plinius refert alicubi, (b) & Valerius Maximus, (c) qui in admirationem hujusce rei abruptus temperare sibi non potuit, quin exclamaret: quod non penetrat, inquietus, aut quid non exigit pietas, quae in earcer servandae genitricis novam rationem invenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quam matrem natae ubetibus alitam? Putaret aliquis, hoc contra rerum naturam factum; nisi diligere parentis prima naturae lex esset. Haec Valerius. Sic se laudare, aut sua, non omnibus profecto decet, quum constet inter omnes, sondare laudem propriam. Etiam si verò inter NOSTRA primo loco jure numeramus PATRIAM, nemo tamen prohibuerit laudare istam, debitissimam honoribus. Qvis ergo vitio vertat ANDREÆ BUTNERO, Nostrati, Gymnasi nostri à primis usque pueritiae annis alumno obsequentiissimo, quod laudandam sibi patriam suam, h. e. GERAM nostram, valedicturus Ruthenéo se legerit? Pietatem potius interpretabuntur, quotquot aequi sunt rerum arbitri. Proinde, ut charta ista cum Orationis, quam intimat, argumento consentiret,

pla-



placuit mihi breviter conferre Geram nostram cum urbe in Sacris (d)  
divinarum litterarum Pandectis non in celebri, quae GERAR vocantur. nū. CCLIX.  
Ita v. parabolen istam adornabimus, ut nomen pumūm, ac deinceps (e)  
rem ipsam expendamus. Sunt nō pauci inter Philologiae Sacrae cul- Gen. X. 19.  
tores, qui urbem illam, cui Geram collatū imus, modò GERAR dici, (f)  
modò verò GERARAH, contendunt, quibus, quod admiror equidem, Gen. XXVI.  
Gregorius Gregorii, Vir sanè in Sanctae linguae studiis versatissimus, 8 20. 25. 26.  
ad stipulari videtur, dum in Lexico suo, quod Sanctum vocat, (d) in- (g)  
ter urbium propria locat etiam GERARAH, ac laudat Genet. X. §. 19. Gen. XXI.  
non attendens, nomen urbis eo etiam in loco esse GERAR, sed adjici (h)  
praeterea He, ut Grammatici vocant, *locale*, quod plerique interpretes 2. Par. XIV.  
Latini & Germanici, in primis verò Munsterus, Pagninus, Tremel- 13. 14. in edit.  
lius, Lutherus &c jam olim observarunt, quippe quibus omnibus Rom. & Len-  
GERAR placuit, non v. GERARAH. Sic urbs nostra non omnibus GE dina. Sed  
RA, sed quibusdam GERAVIA dici solet. Antiquitatis tamen moni. Bibl. Hamb.  
menta si consulamus, GERA potius vocanda videtur, quam GERAVIA. Wolderi re-  
Graeci interpretes mirificè torserunt hoc nomen, modò Γεράσα, (e) tinerunt Γέ-  
modò Γεράσα, & in Genitivo Γεράσων (f) ac in Dat. ει Γεράσεος (g) ερασ, ut in-  
modò Γεράσων scribentes. (h) Vulgatus Latinus (i) habet: Geraram declinabile.  
usq; &c alibi: (k) Rex Gerarae; alibi: (l) pastores Gerarae; alibi (m) (i)  
in Gerara; alibi: (n) in Gerariis; & iterū alibi: (o) de Geraris. Strabo- Gen. X. 19.  
ni, Geographorum principi, ut ipsum Calaubonus (p) vocat, Gerra (k)  
videtur dici, juxta Crellium. (q) Auctior versionis Bibliorum Ger- Gē. xxvii. 2.  
manicae, quae prodiit Augustae Vindelic. ann. c. 1000 cccc XC. urbem (l)  
illam vocat Hieraram. (r) Idem fatum nostra quoque civitas experita Gen. XXVI.  
fuisse videtur, quam nonnulli Hieram, ac Sixtus IV. Pontifex Rom. in 20  
quodam diplomate, quo largissimae indulgentiae omnibus, qui ad (m)  
templi restorationem liberaleis se exhibutri essent, conceduntur, Gē. XXVI. 1.  
Hieram adpellat. (s) Porro quod etymologiam concernit, nō certe (n)  
minor est auctorum discrepantia ac disensus, quam fuit circa scri- Gen. XXVI.  
ptionem. Gerar n. juxta nonnullos derivatur à GER, quod Latinis est 1.  
peregrinus, vel peregrinans. Et huic sententiae subscribunt R. Lube? (o)  
rus (t) Borchardus, vel rectius Brocardus, Monachos, (u) Melanch- Gen. XXVI.  
thon, (x) Theophilus Lebēus in Onomastico, Buntingius in Itinerario, 26;  
(y) Sie mag billlich/ inqviens, Gerar/ das ist/ eine Walfait/ hessen/  
dieweil die lieben Patriarchen da gewohnet haben/ derer leben eine stete th̄ not. in  
Wal. Matth. c 2.



- (q) **G**erasi gelbesem: Alii a. deducunt urbis illius nomen à GERAH; quod  
**Promptuar.** rumen significat, aut ruminacionem. Placet hoc D. Hieronymo, qui à  
**Bibl fol. 341.** Gregorio Gregorii in Lexico S. laudatur; Crello, qui in **Prompt.**  
**col 3. in. Ger.** vertit Wiederauungstadt/ fortasse ob ovium ac boum, quae anima-  
(r) lia ruminant, sive frequentiam vel copiam; auctori Indicis bellici, qui  
**Gen. X. 19.** versioni vernaculae bibliorum Lutaeburg. praefigi solet; aliisque.  
(s) Nonnulli à radice GARAR, id est GERER nominis incunabula ar-  
**Adseruntur** cessunt, vertuntq; positionem lapidum, vel, politos lapides, GERER enim  
**boc diploma** juxta Avenarium in Lex. Ebr. est: secuit lapides, imidit lapides, per-  
**eriamnum in** polivit grandiores lapides ad formam quadratam, ut aedificiis fiant a-  
**Archivo Se-** peiores, quemadmodum solent facere lithotomi, latomi, seu lapitidae. &c.  
**torio.**
- Qvibus gemella habet Schindlerus in Lexico Pentaglotto. Quidquid  
(t) v. sit, quaecumq; tibi derivatio aut origo placeat, Gera nostra Gerar  
**com. 2. cōm.** dici potest. Quot enim hic peregrini, h. e. alio loco nati, vivunt ac de-  
**in Gen. cap** gunt? An non omnium ordinum principes viri aliunde huc vocati?  
**XX. fol. m.** Perlunga hierarchiam Ecclesiasticam cuius portio Gymnasium est,  
**I47.** & Politicam, ut nihil dicam de Oeconomicâ, & fateberis, summam  
(u) rerum ubique administrari a peregrinis. Quid dicturos sim de tot pe-  
**in descript.** regrinis, & ex universâ prope Germaniâ ecclæsis Musarum nostrarū  
**Locor. terr.** alumnis? Non n. adeò invidi fuit urbis nostraræ indigenæ, ut ferre  
**S.** peregrinos non possint. Quid amicissimè cum istis vivunt, & egre-  
(x) glia egregiae liberalitatis documenta illis exhibent, quod ego, qui ip-  
**in explic. Lo** pe etiam peregrinus, silentii peplo involvere non posui. Et numquid  
**cor. insign.** Gera nostra dici à ruminazione non possit? Quid enim hic usitatus,  
**additâ tra-** q; à ruminari oves in Ecclesiâ, & agnos in Scholâ, domique, quae  
**Estatu. Peu** antea patulis aequè & avidis exceperunt animis? Quid etiam sunt  
**ceri de di-** duo illa solennia examina, quae per singulos annos instituuntur,  
**mens. terr. p.** quâni publicat quaedam ruminis cibive praemansi ruminaciones?  
**I74.** Nemo quoque, nisi in venerandum Ministerium, ordinemq; Scho-  
(y) lasticum veneno invidiae adflatus & inflatus fuerit, negabit, secati  
**Vet. Test. fol.** hic, incidi ac perpoliri lapides, cum minores & mediocreis, tum  
**75.** grandiores etiam, ex quibus Ecclesiae structura coagmentatur, ceu  
(z) testatur Apostolus. (z) Quae omnia multò uberioris diduci, & exponi  
**1. Pet. II. §.** ornatus possint, nisi properandum nobis ad alia foret. Tandem  
(α) veluti Gerar in codice sacro modò urbem notat, modò verò totam  
**Genes. X. 19.** ditionem, urbi vicinam: (α) ita sub Gerac nomine jam urbs ipsa  
**2. Par. XIV.** venit,
- I4. G in**  
**Græc. vers.**



venit jam dynastia Gerana, velut ex quotidianis ac tritissimis loquen- Gen. XXVI.  
di formulis plus satis liquet. Haec de nomine. Quantū ad rem ipsam 8. 25. unde  
spectat, institui comparatio potest, si consideremus conditorem, an Crolius re-  
tiquitatem, situm, dignitatem, suspiciones nonnullorum, calamitatem, genem Ge-  
aliaq; nonnulla. Velut enim ignoratur, qui urbem Gerar primum raritā vo-  
exstruxit, etiam si constet, qui deinceps imperium in illam obtinue- cat.  
rint: ad eumdem modum nemo facile dixerit, quis prius noscet (B)  
hujus urbis conditor fuerit. Dresserus equidem (G) adserit, Geram à part V. Isagi-  
Wiperto, Groicensi comite, circa annum Christi clo XXCVI. fuisse Hist. p. 270.  
conditam. Sed multa sunt, quae antiquiorem evincere possint. Si  
veri quid subest Dresseri sententiae, id in eo fortassis erit, quod mu-  
ris seu moenibus Wipertus Geram cinxerit. Aliud v. est condere, &  
aljud muris eingere ac munire. Antiquitatem porrò si spelemus,  
Gerar certè urbs erat antiquissima. Unde Crellius illam vocat eine  
der ältesten u. nahm hastigsten Städte des Landes Canaan. Ejusdemq;  
aetas non inde dum taxat aestimari potest, quod Abrahāi tempo-  
ribus, qui anno ante Christum natum clo I ccc XXV. mortalitatis  
exuvias deposuit, iam inclauerit; sed ex eo quoq; evidenter colli-  
gitur, quod Gen. X. ubi prima post diluvium terrae distributio ex-  
ponitur, expressa Geraris mentio fiat. Gera nostra tam antiqua qvi-  
dem nō est, multò tñ. antiquior est, quam plurimae per Germaniam  
civitates, splendidae licet & satis ampliae. Sed hac de re valedictum  
audiamus, qui aliquot urbes, nō in celebreis, enumerabit, quibus ali-  
quot seculis antiquior est nostra. Progredimur ad situm. Hic v. ordinis  
gratiā distingvi potest in generalem, specialem & specialissimum. His  
enim terminis cum bonā Philolegorū veniā uti nobis nunc licet.  
Ad illum spectat, quod Gerar Philistinorū, populi bellicosissimi, urbs  
fuit. (γ) Gera nostra urbs est Germanorum, populi belli laudibus o-  
mnium celeberrimi. Huc refer etiam, quod Lutherus (δ) ad Austrum  
locet eam, quam cum nostram comparamus, urbem. Nostra haec sita  
est non in Voigtlandia vel Variscorum terra, ut quidem tradit Dres-  
serus, & persvasi sunt multi; sed in Thuringia Australi, vel, uti alii  
vocant, in Osterlandia. Idq; arcis Ruthenicae, nobis admodum vi-  
cinae, nomen (Ostersteinum enim dicitur) haut obscurè innuit, mul-  
tisq; probat Vir Per. Rev. G CL. Dn. M. Tobias Edmids (ε) qui Mis-  
tiae tractum istum accenset, & rationem reddit, quamobrem à qui-  
bus (γ)  
Gerb. comm.  
in Gen. Cap.  
XX. p. 406.  
(δ)  
loc. cit.  
(ε)  
in Chronic.  
Cyg. edit.  
ann. LVI. p.  
2. 13.



busdam Scriptoribus Gera Weydaq; Voigtlandiae adglutinentur. Ad situm *specialem* pertinet tribus illa, cui adsignata Gerar olim fuit. Hic v. divortium sententiarum deprehenditur. Buntingius enim in tribu Judae, sed Appendix Atlantis, qvae Amsterdami ann. cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> XXXI. edita ex officina Gvilielmi Blaew fuit, in tribu Simeonis sitam adserit. Ast nostrum non est tantas componere lites. Dissidii causa esse censetur, qvod urbs ista in utriusq; tribus confinio sita fuerit. Tabulae tamen Geographicae, qvarum octo contuli, Simeonis tribui potius, qvam Judae illam vendicant. Verum enim verò qvamcumq; ad tribum referatur, nobis hac vice perinde est. Tribus Simeonis notat eorum ditionem, qvi devoti sunt verbi divini *audatores*; tribus v. Judae eam designat terrā, qvam imperterriti veritatis ex verbo agnitae Confessores incolunt. In ejusmodi autem terra sitam esse Geram nostram, vix qvemq; inventum iri arbitror, qvi inficietur. Nostrī enim cives, & qvotq; vicos habemus, augustinum illud fidei orthodoxae Symbolum, *Confessionem* videlicet *Augustanam*, recipiunt, & audire qvotidie verbum illud possuat, ex qvo excerpta illa fuit. Et si enim peculiarem habemus *Confessionem*, qvam vulgo Geranam sive Ruthenicam vocant, temporum ac Doctorum qvorumdam injuriā Ecclesiarum Ruthenicarum Ministris extortam olim, velut in Programmate qvodam jam ante triennium demonstravimus; ne gry tamen in haec reperire licet, qvod non examus cum Augustanā illā, cui aeque ac huic subscribere omnis Ecclesiae ministros oportet, consentiat. Qvoad situm, qvem vocavimus specialissimum, observandum reor, qvod Gerar uno milliari ab Ain, (2) sicut Gera nostro unico à Weydā milliari, distabat olim. Ac velut Gerar duobus, juxta Dn. D. Friedliebū, (1) milliarib[us] separata erat ab Hebrone; ita nostra civitas eodem à Ciza spatio sejungitur. Ut autem Gerar septem milliaribus, & dimidio ferè, si Buntingio habenda est fides, dissita ab Hierosolymis erat; sic idē fere spaciū, eadem paenē intercapedo nostram hanc urbem separat à Lipsia, qvam elegantissimē cum Hierosolymis conferri posse, qvotusq; est, qvi indubium vocet? Praeter haec omnes, qvas quidem consului, tabulae Geographicae urbem illam, cum qva nostram conferimus, ad torrentem Besor pónunt: circa qvem David olim Amalekitas fudit ac tantum non delevit. (θ) Simili prorsus ratione ad flu-

(2)  
Crel. Promt.  
loc. cit.

(1)  
Theol. Exeg.  
V. T fol. 66.

(θ)  
I. Sam. xxx.  
9. 10. 21.

*fluvium m. Elystrum videlicet, constructa est nostra. Porro (compens-  
dii enim facienda est dissertatiuncula) Gerar vicinum habebat ne-  
mus Abrahami, ut refert Christophorus Heidmanus, celeberrimi no-  
minis Geographus, in Palaestinâ, quam edidit ante triennium, tabu-  
lis aeneis ornatam Conradus Buno. (i) Nostra vicina itidem est  
nemoriseu sylvae atnoenissimae, arcisq; Ruthenicae fermè contiguæ,  
quam Pater patriæ, multis in rebus comparandus cum Abrahamo,  
tum corporis movendi, tam oblectandi animi gratiâ perambulare  
solet. In viciniâ saepius laudatae urbis erant supra haec omnia pu-  
teus viventis, uti Heidmanus (x) narrat, qui etiam puteus videntis,  
& fons Agaris adpellari s̄evit, descriptus in Genesi; (x) nec non ju-  
niperus Eliæ, (ut patet ex inspectione tabulæ Geographicæ Buno-  
nis) sub quâ præ moerore is obdormivit. (μ) Nec nobis defuncti fon-  
tes irrigui, ut Maro vocat, (v) h.e. prata irrigantes & hortos vicinos,  
providentiaē divinæ monumenta luculentissima. Neq; unam tan-  
tum, sed innumerabiles propemodū juniperos per montes sylvasq;  
vicinas spectare licet, & recordari simul, Deum suos hodieq; mira-  
biliter servare posse atq; alere, ut Eliam aluit sub junipero. Ac ista  
de situ utriusq; urbis monuisse, sufficiat hac vice. Primas enim li-  
neas tantum ducere jam voluimus, colores vivos, & q. animam alio-  
cum Deo die addituri. Quae comparationis membra chartae istius  
angustia non capit, ea proximâ, quae dabitur, occasione daturi su-  
mus. Post pauculos n. dies aliis quidam è nostratis Musis nostris  
valedicer, ansamq; nobis subministrabit attexandi & pertexendi,  
quae addi jam non possunt. Jam pauca quaedam de BUTNERO  
subnectemus. Natus est ille hoc ipso in loco, & parentibus quidem  
honestis. Quidamq; ab ipsa statim aetate prima fertile prorsus ac fo-  
ecundum ingenii melioris solum in ipso deprehenderint inferiorum  
classium Doctores; auctores fuere parentibus, ut ne litteris suam  
hanc prolem inviderent, ad quas finxisse illam Natura videretur.  
Probarunt hoc consilium parentes, filiumq; non tam Musis, quam  
Deo ipsi mancipaverunt. Nec filius ipse insuper habuit, quae incul-  
carunt saepius Magistri. Quid totus ab horum nutu pependit usque,  
eosdemque, ut animorum parenteis, modis omnibus veneratus ad-  
fiduè fuit. Placuit haec ejus pietas Supremo illi studiorum nostre-  
rum Diribitori, Deo, qui labores adolescentis quotidianiis profectu-*

(i)  
cap. V. §. 51.

(u)  
cap. V. §. 52.

(λ)  
cap. XVI. §.  
14. & cap.  
XXIV. 62.

(μ)  
1. Reg. XIX.  
4. 5.

(ν)  
1. IV. Georg.  
vers. 32.

incrementis ornavit, omniumque, certè piorum, conciliavit  
illi amorem. Qvis enim non amet eos, quos praeter pietatis, omnium  
virtutum Reginae, studium velis remisq; in artium quoq; & lingua-  
rum studia ferri videat? Atque talis tenus hac fuit hic noster. Nul-  
lam enim lectionem sive publicam, sive privatam neglexit temere,  
aut indignam se putavit; sed omnibus, quibus potuit, interfuit, to-  
to animo ab eorum consiliis abhorrens, qui nescio quam naufragium  
hujus illiusve lectionis concipiunt, quasi verò sine parvis, primisq;  
litterarum & humanitatis rudimentis constare magna usquam pos-  
sint. In primis a mirifico lingvarum amore flagravit jam in tertium  
usq; annum. Ideò post jacta Latinæ Graecæq; lingvarum funda-  
menta ad Ebraicæ quoq; studium paulatim adspiravit. Nec infelici-  
ter cecidit haec alea. Etenim ante menseis ferè XIIIX. quum Mago-  
sum Historia repraesentaretur publicè in exercitio quodam Orato-  
rio-Dramatico, pensum suum, Ebraicō idiomate domi conceptum,  
memoriter, Doctissimorum Virorum coronâ præsente & auscul-  
tante, sine haesitatione recitavit. Sed nec sanctae hujus linguae stu-  
dio contentus, petiit, ut viam commonstrarem, quâ eundum sit in  
amoenissima Chaldaicae quoq; & Syriacæ lingvarum viridaria. Fe-  
ci ego, quod in viricularum mearum luco fuit ac fano. Commenda-  
vi auctores nonnullos, & quomodo legendi breviter monui. Ipse a.  
Deo labores illius prosperante in harum lingg. studio id adsecutus  
videtur, ut ne omnino ignarus earumdem censi possit. Periculum  
enim superiore hyeme fecit, & carmen Syriacum, nativitati Domini-  
nicae sacrum ad Gymnasii valvas suspendit. Et inter carmina Ev-  
charistica, quibus Deo, & hominibus, queis debet, gratias post Ora-  
tiunculam in patriæ laudem conscriptam aget, praeter Germanicæ,  
Latinæ ac Graecæ lingg. specimina Ebraicum etiam, Chaldaicūq;  
& Syriacum recitat. Idcirco Plurimum-Venerabileis & Amplissimos  
DNN. INSPECTORES, γνοίς studiorum nostrorum Patronos & Ar-  
bitros aequissimos, Doctosq; alios ea, quâ par est, ratione rogamus, ut  
Gerae nostræ laudes faventissimis haurire auribus, suamq; in ordi-  
nem Scholasticum benevolentiam & amorem hoc modo illustrare  
ne dedignetur. Gratus ero tanti beneficij aestimator & encomiastes.  
Λόγον τεχνηστικὸν habebit memoriter CHRISTIANUS Sillert  
etiam Nostras. P. P. VI. Kl. Jul. cibis LXX.



bch. 115, 12

GER

B R

PLU

DNN

DOCT

M. JOH  
Mitterne

ANDR





SU

BE

OFFIC

LITT.

2



Æ

U.R.

E ET

DRVM

OMNES,

TIANO  
THENEI

ERANI,

s,

TRIAE

OMNECA

ANAMIANA

ETEA

NUR ET

MITZII,